

281.

1202, 4

4

12.

ADRIANI BEIERI, D.

PANDECTARUM PROFESSORIS PUBLICI
ORDINARII,
CURIAE PROVINC. ET SCAB. ASSESSORIS,
COLLEGII JURIDICI HODIE

DECANI,

occasione l. 3. C. de Novat.

De

Clientela Debitorum,

PROGRAMMA INAUGURALE,

P.P. Jena Dom. XXIII. Trin. d. 19. Novembr. 1702.

JENAE,
LITERIS WERTHERIANIS.

Heinr. Kreyenberg

ADRIANI FRIED.

PANDectarum Deterioris Pandect
PROGGRAMMA IN ALLEGORIA
CHIRAE PROVINCIÆ ET SCVLPI ASSERCOIS
CORPUS IURIDICÆ HODIE


D E C A N U S

et legione V & C & A M A
tunc cum hoc libro cum
corporis iuris hodie

Quoniam Dejotaria

PROGGRAMMA IN ALLEGORIA

LITERIS MELLITARIANIS



F. F. DE

CLIENTELA DEBITORUM.

Dicitur: *Uæ sunt cognatae Virtutes homini: Beneficentia & hujus Agnitio, Gratitudo: illa arbitraria & provocatoria, hæc elicta & quasi ex repercussione.* Nam, cùm duo genera liberalitatis sint, juxta Ciceronem *Lib. i. de Off.* unum dandi beneficii, alterum reddendi: Demus, nec ne; in nostra potestate est: Non reddere, bono viro non licet; si modò id facere possit sine injurya. Non referre beneficis gratiam, & est turpe, & apud omnes habetur: ideò de ingratis etiam ingratii quæruntur, inquit Seneca *Libr. III. de Benefic. cap. 1.* Hunc innatum etiam peccatoribus gratitudinis sensum ostendit Servator, cùm aliquid extraordinarium à suis exigit: si, inquit, diligatis eos, qui vos diligunt, quæ vobis erit gratia? Nam, & pec-

A 2

catores

catores eos diligunt à quibus diliguntur: Et si beneficeritis iis, qui vobis benefaciunt, quæ vobis erit gratia? Nam & peccatores idem faciunt. *Luc. VI. 32. Matth. V. 45.* Jubet etiam Apostolus *Rom. XII. vers. ult.* ut inimicis benefacendo eorum devincamus malitiam, & in amicitia demulcamus officia: quod ea ratione fieri non posset, nisi natura sunt homines ad gratias referendas & rependenda beneficia prompti. *conf. laxius Scharrok. de Off. secund. jus natur. cap. V.*

Est igitur Beneficentia remedium, animos aliorum devinciendi sibi. Et certè beneficia, quæ in nos munificè confert D E U S, humani videntur funiculi, quibus juxta *Hos. cap. XI. vers. 4.* phrasin, suos ad se allicit D E U S. Ex altera parte, qui bona, & eo forsitan tempore quo indigebant maximè, acceperunt, non possunt non fontem illum, unde expectant plura, notare, observare ac revereri, eundemque sectari: eum, verò, eosve, qui non attentum prætereunt, porcis comparare, qui glandes deciduas humi legunt cum appetitu, ad quercum autem unde prolapsæ, oculos nunquam attollunt.

Sicut autem Beneficentia debet esse spontanea, Hila rem enim datorem diligit Deus, effatò Apostoli. 2, *Cor. IX. 2. 7.* ita nec invitam Jura desiderant gratitudinem. Ei, qui potest, retribuendum est pro dignitate eorum quæ accepit, idque libenter, inquit Arist. *Lib. IX. Eth. cap. XIII.* Est illius utique obligatio, sed mera naturalis, ea que minus plena, sibi relicta, in tantum, ut in vim exceptionis haud permittatur opponi, ac Benefactor, utcunque Beneficiarum habeat obligatum, nihil putetur locupletior, quam diu actu

55 (5) 56

actu nihil recuperavit; effatō Ulpiani, in l. 25. §. 11. pr. ff.
de Her. pet.

Quemadmodum tamen negari non potest, Est in
Beneficiariis, qui admodum laborant memoria, ut moni-
tore opus sit eoque instantē, quod Syracides agit Cap. XIX.
per tot. & nominatim vers. 20. Fidejussoris ne oblivisca-
ris. Regius psaltes David, seipsum excitat Psalm. CII.
vers. 2. benedic anima mea Domino, & noli obliisci
omnes retribuciones ejus: Ita in proposito est ex adver-
so, desisse propè Beneficentiam esse spontaneam, nec
nisi mille supplicibus extorquendam esse precibus: cùm
que non debeat alium habere finem, quām solamen con-
scientiæ ex jucunda recordatione beneficitorum ab ipsa
natura imperatorum: Virtus enim est affectio animi, ut
inquit Cicero, separatā etiam utilitate laudabilis. *Tuscul.*

Qq. Lib. IV. & Lib. II. de Finibus: Honestum, inquit, in-
telligimus, quod tale est, ut detractā omni utilitate, sine
ullis præmiis fructibusque per seipsum laudari possit. Sed
plerique astimaverunt, Lusum esse vitam nostram, &
conversationem vitæ compositam ad lucrum, & oporten-
te undecunque etiam ex malo acquirere *Sap. XV. vers. 12.*
Virtutem invertentes in vitium. Qui opis emolumenti-
que causā largitur, virtutis nomen amittit, ingentiaque
eum animi bona foedare necesse est; inquit Gabriel Al-
tilius in colloquio ab Alexandro Neapolit. repræsentato
Libr. V. genial. dier. Cap. I. sub init. mibi pag. 247. b. Ne-
que enim, ut Cicero inquit, si ob tuam causam cuiquam
commodas, beneficium id putandum est, sed foeneratio.
Neque ejus sunt modestiæ, ut gratam Beneficiariorum.

A 3.

expe-

expectent commendationem; Imò anteueniunt eos ipsi, jactitant, exaggerant, contentim eos habent, coram aliis proflituunt, eorum gratitudine ac obsequio abutuntur in mera servitia: tractiren Sie recht schlavisch. Nisi quod non soli hoc agunt, qui extra terminos conventionis egisse volunt, verum etiam qui mediante contractu in hunc ipsum finem dederunt, ut statò tempore recipient cum scenore: quod nullam beneficij habet speciem. Quam in rem apposite ludit Germanus adagiò sub: Börger ist Lehnerts Knecht.

Et sane, Scapham dicit scapham! Ast, quam diu res vertitur inter JCtos, vocabulis utuntur ad modestiam compositis; ut qui lege publica; tam Augusti Electoris Sax. Edicto Torgaviensi de A. MDLXXXIII. Tit. VI. Boni Advocaten und Procuratoren, §. Wann aber nach s. generatim: quam Ord. Process. Electoris Joh. Georg. I. de A. MDCXXIIII. Tit. III. pr. pungente, ac seu Partem aduersam seu Judicem vellente sermone jubentur abstinere, positâ in unum quodque illorum aurei ungarici mulcta, per jus Prutenicum. Libr. I. Tit. XX. §. 6 fin. A quibus abstinere, haud ita grave accidit illis, dum Rheticis imbuti studii, in varias verba figurâs flectere, atque rem in se duram temperare noverunt. Fuisse autem JCtos Romanos rhetoricis studiis adprimè doctos, cum vero est simile admodum, tum ex his locis quos à Rhetorum traditionibus mutuati sunt, facilimè possim ostendere. Certum est, scribit Brunnemannus ad l. Grac. 8. n. 4. fol. 571. in finiss. de Fidej. JCtos non Lögicas regulas, sed Rheticas potius observasse.

Cujus

Cujus in l. 3. C. de Novat. exemplum observare licet
oportunum; quippe ubi Debitor in relatione ad Creditorem
convenientissime, ut quidem puto, CLIENS appella-
tur, aut certè Quasi Cliens tractatus dicitur. Clientes au-
tem nomine servorum olim vocari solitos, Coripp. African.
Lib. IV. num. 5. innuit; inquiens:

Ante pedes Domini faciunt qui iussa Clientes
adstabant lati.

Servi autem a pedibus, ad pedes, & ante pedes erant. Se-
neca Libr. III. de Benefic. Cap. XXVI. Servus, qui coenanti
ad pedes steterat. Hos Romulus, divisò in Patricios &
Plebejos Populò, penes suos introduxit; non novò insti-
tutò tamen, sed à Thessalìs; qui Penestas, à paupertate
nuncupabant, & Atheniensibus, quibus Theta, à servi-
tute dicebantur acceptò. conf. Cæl. Rhodig. antiqu. lect.
Liber. XXV. Cap. XIX. col. 1204. C. à quibus superbè, imò &
indignè habiti; misius tamen clementiusque à Romanis
tractati. v. Rosin. antiqu. Rom. Ltbr. I. Paralip. ad Cap. XVI.
col. 158. D. Non credo alia de causa, quam quod non jure
quodam transierint in eorundem potestatem, sed sponte
hinc se illis commiserint, isthinc ex gratia suscepserint: qui
titulus naturalis est, & ad Beneficentiam gratitudinemque
pertinet. Unde & SUSCEPTI dicuntur; ut apud Cur-
jacium ad l. 1. C. Ut nemo ad suum patrocinium suscipiat
vicos vel rusticanos eorum. XI. 54. Tom. III. col. 388. A. Unde
vox Cliens in jus feudale ad Vasallos traecta videtur eidem
ad Lib. I. Feud. Tom. III. col. 654. E.

Ne

DOMI

¶ Ne tamē eosdem planē cum Clientibus, putemus
Debitores, non absque mysterio particula QUASI prae-
ficitur; qua sanè analogiam & ejusdem rei statum, sed
imperfectum; aut gradum, sed remissum denotat regula-
riter: cuius rei atque intellectus vel mille exempla in-
Jure reperias: quando v. gr. sepultos, æternæ quasi sedi
destinatos, Paulus in l. 40. ff. de Relig. cùm quasi alea emi,
Pomponius in l. 8. §. 1. ff. de Contrab. emt. ait, & Ulpia-
nus in l. 15. §. 1. ff. de Adopt. pluries copulat: Qui duos
filios, inquiens, & ex altero eorum nepotem habet, si
vult nepotem quasi ex altero natum sic adoptare: potest
hoc efficiere, si eum emancipaverit, & sic adoptaverit
Quasi ex altero natum: Facit enim hoc Quasi quilibet,
non quasi avus; &, qua ratione Quasi ex quolibet natum
potest adoptare, ita potest ex altero filio. Idem Ulpia-
nus in l. 32. §. 27. de Don. int. V. & II. plures ejus modi
analogias cumulat; ut taceam innumera exempla plu-
ra. Quanquam aliquando non tam rei idenditas, quam
comparata diversorum tractatio illa particulâ innuitur,
ac pér PER INDE AC SI, à JCTo Marciano in l. 27. ff.
de mort. cauf. don. explicatur: Atque idem creditor Mu-
tianus in b. n. l. 3. egisse dicitur, quando cessum sibi ab
illo debitorem mollius habuerit, ac tanquam Clientem
tractaverit, nec ab eo debitum exegerit. Quod si enim
interē bonis ille labatur, aduersus Mutianum regressum
non habet creditor, sed suæ facilitati imputabit. En
Debitorum Clientelam!

Atque textum hunc tanquam singularem, solenni
lectioni destinavit insignis Jurium Candidatus

DOMI-

DOMINUS.
HENRICUS KREYENBERG.

quem in publicum producturi sumus: cuius res bene
gestæ neutiquam silentio præferundæ. Natalem diem
natus illæ Longa Salissæ, anno seculi præteriti septua-
gesimò septimò, die XXIX. Januarii; Parentibus ibi-
dem ortus honestissimus: Patre quidem cognomine,
HENRICO KREYENBERG, U. J. D. & Consulari
dignitate pridem fûlente, at nunc æternâ beatitudine
fruente. Matre autem JUSTINA-CATHARINA,
de Familia FALCKNERIANA, Matrona, sexum fe-
mineum decente virtute ornatissimâ: Qui Parentes à
prima statim infantia, pietati bonisque literis eum dedi-
carunt, ac tam domesticis quam publicis Præceptoribus
nominatis M. GOTOFREDO CRAUSIO, Rectori,
informandum commendarunt: sub quorum & sedu-
la cura industrius non minus quam modestus adolevit
tamque diu substîtit, donec eum habita prius de Salza
laudibus cum encomio dimitterent.

Ubi LIPSIAM, morum illam bonarumque ar-
tium Magistram, ut dexterimam, sic felicem selegit, ei-
que tantâ animi devotione se addixit, ut non nisi cursu
studiorum absolutò integrò se ab illâ avelli pateretur.
Introitus felici contingebat auspicio Fasces Academiz te-
nente DOMINO CHRISTOPHORO PFAUZIO,
P. P. Celeberrimò, d. 7. Oct. MDCXCVI. cumque sanctarum
legum studio se addixisset, neque tamen citra admicula

supps

B

mox

mox irruere tutum reputaret, hinc Celeberrimi DOMINI
 WEIDLINGII, Phil. & J. U. D. philosophiam auscul-
 tavit juridicam; isthinc Nobilissimum DOMINUM
 à RYSSEL, PUFFENDORFFI de officio hominis li-
 bellum, nec non Institutiones Justinianae interpretan-
 tem sectatus est: quemadmodum prælectionibus DO-
 MINI PHILIPPI, J. U. D. sedulus interfuit; Matu-
 rior factus, scholis LAUTERBAHIANIS DOMINI
 ITTIGII, J. U. D. & P. P. se addixit: Nullis tamen
 harum sic, ut publicas Dominorum Professorum lectiones
 neglectui haberet: quin Illustri DOMINO SCHWEN-
 DENDORFFERO ac DOMINO MYLIO frequens asse-
 dit. Quibus præmunitus adiit DOMINUM MEN-
 KENIUM, Phil. & I. J. D. suprenæ Curiæ Provincialis
 Adcessorem, qui jus universum per omnes eum partes
 docuit, Pandectas interpretatus est ad ductum tractatio-
 nis suæ Synopticæ. Porro Jus Canonicum, Jus item Feu-
 dale ad manuductionem STRYKIANAM Duce DOMI-
 NO SCHILTERO tractavit, quibus addidit interpreta-
 tionem Ordinationis Procesus Saxonici. Praxin tamen
 ipsam Electoralis Consistorii Protonotarius DOMINUS
 Licent. PETERMANN eum docuit. Nec supererat
 nunc, nisi ut exantlatorum promerita ferret præmia la-
 borum: Quæ maluit ab hac nostra prehendere Acade-
 mia. Commigravit igitur hic, atque ab Inclito Colle-
 gio nostro in Candidatis honorum recipi decenter petiit.
 Cumque quamdiu nobiscum versatus, non publica modò
 tam auscultando quam disputando frequentaverit auditio-
 ria, verum in reliqua conversatione innoxium se gesserit,
 atque

atque ob id in domesticis Illustris DOMINI WILD-
VOGELII, Consiliarii Saxo-Isenacensis intimi & An-
tecessoris esse meruerit, & singularia foro inservien-
tia addiscere potuerit. Nulli dubitavimus honestis e-
jusdem deferre desideriis, atque dum in scrutiniis priva-
tis talem invenimus qui producatur in publicum, pro
more, prius repetitionem alicujus legis solennem insti-
tuat, cui rescriptum Gordiani Imperatoris in l. 3. C. de
Novat. destinavit, eique actui crastinum lunæ diem horâ
consuetâ dicavimus. Hoc ut tantò fiat solennitate ce-
lebriori, Magnificum Dominum Pro-Rectorum, cœte-
rosque Patres Academiæ conscriptos, Doctores item ac
Literatos cujusvis ordinis, juxtim Generosos nobilissi-
mosque Dominos Studiosos; pro cujusque dignitate
decenter invito, velint Collegio & Candidato nostro
frequentem constantemque præsentiam suam indulgere:
gratâ memoriique mente id accepturn, datâque occasione
simili an aliâ compensatum iri, Collegii nostri nomine,

policeor. P. P. Jenæ Dom. XXIII. post Trin.

d. 19. Nov. MDCCII.



9. MowMDCCXII




Jena, Diss., 1702

VD -18

f



56.





ADRIANI

PANDECTARUM PR
ORDI
CURIÆ PROVINC. E
COLLEGII JU
D E C
occasione l. 3.

Clientela I

PROGRAMMA

P.P. Jenæ Dom. XXIII. Tr

LITERIS WER